Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

illa dies ire dies calamitatis et
miserie dies magna et amara val
de Quando Laudes.a. Exultabit.
Miserere mei deus secundum
magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem mise
rationum tuarum: dele iniquitatem
meam Amplius lauame ab
iniquitate mea: et a peccato
meo munda me Quoniam ini
quitatem meam ego cognosco:
et peccatum meum contra me est sem
Tibi soli peccaui et malum
coram te feci: ut iustificeris
in sermonibus tuis: et vincas
cum iudicaris Ecce enim
iniquitatibus conceptus sum:
et in peccatis concepit me ma
ter mea Ecce enim veritatem
dilexisti: incerta et occulta
sapientie tue manifestasti mi
Aspergis me domine hysopo et
mundabor: lauabis me et super
nuiuem dealbabor Auditui
meo dabis gaudium et letitiam:
et exultabunt ossa humilia
ta Auerte faciem tuam a
peccatis meis: et omnes iniqui
tates meas dele Cor mun
dum crea in me deus: et spiritum
rectum innoua in visceribus
meis Ne proiicias me a fa
cie tua: et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me Redde mihi le
titiam salutaris tui: et spiritu
principali confirma me.
Docebo iniquos uias tu
as: et impii ad te conuertentur
Liberame de sanguinibus
deus deus salutis mee: et exul
tabit lingua mea iustitiam
tuam Domine labia mea aperies
os meum annunciabit lau
dem tuam Quoniam si uoluis
ses sacrificium dedissem: utique
holocaustis non delectaberis
Sacrificium deo spiritus contri
bulatus: cor contritum et
humiliatum deus non despicies
Benigne fac domine in bona
uoluntate tua sion: ut edi
dificentur muri iherusalem Tunc
acceptabis sacrificium iusti
tie oblationes et holocaustia: tunc imponent super
altare tuum uitulos.
Exultabunt ossa humiliata.
Te decet hymnus Exaudi
deus in sion:
et tibi reddetur uotum in iherusalem.